

C O N C I L I I C O N S T A N T I E N S I S

atq; Ioanni electo patriarchæ Constantiopolitani, necnon uenerabilibus fratrib; ROD
 berto Saresbirensi, Ioanni Lichfeldensi, & Stephano Dolensi episcopis, ac dilectis
 al. Pedemotis ecclesiæ filijs Guillermo Pulchri nepotis Franciæ, Ioanni de * Podenitius generali or-
 dinis Predicatorum, in obedientia Peride Luna, Benedicti decimierti nuncupati in
 sua obedientia, magistri in sacra pagina, Michaeli de Nauers utriusque iuris Arago-
 num, & Ioanni de Ledena legum Nauarræ regum illustrium oratoriis, Iacobo ele-
 ctio Parmei, Hermanno de Duuerck sedis apostolicae protonotario, Roberto abba-
 ti Cluniacenfi, Nicolao Vuidis utriusque iuris, Petro Nardi, Henrico Fleckel, de-
 cretorum sedis apostolicae capellanis, & auditoribus causarum palati apostolici, & lo-
 sti, Vaillois
 anni. Rellis decretoꝝ doctoribus, quatenus ipsi uel eoz major pars examinat articu-
 los, quos offerri contigerit coram dicta synodo, uel coram dictis commissariis, & eis
 examinatis, super illis qui ipsi uel eorum maioris parti admittendi uidebuntur, de quo
 rum articulorum receptione & corundem admissione, præfata synodus dictis com-
 missariis, uel eorum maiori parti plenaria confert & commitit potestatem. Ipsi au-
 tem duo ex eis ad minus super articulis prædictis, & alijs offerendis & eorum uer-
 itate & notorietate testes & alia probationum genera recipient, iurariq; faciant, & ex-
 aminente diligenter, ita quod occupantium conditio melior non existat, neque per alii
 quorum inchoationem aliorum derogetur potestati, sed duobus aut pluribus nego-
 cium huiusmodi examinationis & receptionis restum inchoantibus, ceteri & cuius-
 et bet duo siue bini ex illis, etiam seorsum & separatis, ac eodem uel diuersis tempori-
 bus testes & alia probationum genera etiam super articulis & alijs inchoatis recipi-
 re, examinare, ac mandatum huiusmodi ualeant exequi, testiumq; attestations & pro-
 bationes alias uel eorum effectum eidem sacrae synodo fideliter referant, ut exinde
 eadem sancta synodus super præmissis procedat, decernat, & iudicet, prout secun-
 dum deum, iustitiam & aequitatem fuerit faciendum. Mandatum super & committit
 eadem sancta synodus præfatis commissariis, & duobus (ut præmittitur) ex illis, qua-
 tenus ad dies, horas & loca opportuna eundem Benedictum sic (ut præmittitur) no-
 minatum, citent, aut citari faciant per emptione, publice coram ipsiis in locis prædictis
 ad uidendum etiam recipi, produci, surare testes, & alia probationum genera in causa
 huiusmodi quatenus opus erit, cum potestate citandi & cogendi testes præfatos quos
 cunque, si qui forsan à dicta depositione se subtraxerint. Protestatur etiam eadem san-
 ta synodus, quod per quoscunq; actus, ordinem, seu terminos iudicarii seruatos
 uel seruandos in hac causa, formæ processus, qua de iure seruanda est, aut seruari suffi-
 cit in notorij, renunciare non intendit, neque ad seruandum iudicarium ordinem
 se obseruare astringit quovis modo. Qua schedula lecta, reuerendissimus pater do-
 minus Ostiensis praesidens nomine huius sanctæ synodi super dicta schedula & con-
 tentis in ea, respondit per uerbum, Placet.

S E S S I O T R I G E S I M A T E R T I A.

ANNO & indictione quibus supra, die uero mercurij duodecima mensis
 Maii, fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constantiensi. In qua
 reuerendissimus pater dominus Nicolaus archiepiscopus Gnesnensis missam
 celebrauit. Fuitq; praesidens huic sessioni reuerendissimus pater dominus Ioannes
 episcopus Ostiensis uicecancelarius sanctæ Romanae ecclesiæ cardinalis. Et intererat
 huiusmodi sessioni serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum &
 Hungaria rex, induitus uestimentis imperialibus, coronam in capite habens, astantia
 bus sibi reuerendissimis in Christo patribus & dominis, domino Angelo Prænestino
 & lordano Albanen. episcopis sanctæ Romanae ecclesiæ cardinalibus, illustrissi-
 mis principibus Rodolpho Saxonie in ense, Ludouico Bauariae ducibus in pomo, &
 Frederico marchione Brandenburgi, in sceptro, & habitibus consuetis sibi scriven-
 tibus